



**TRACTATUS**  
**DE CONTRACTIBVS EORVM,**  
**QVIBVS VEL A IVRE COMMVNI,**  
**VEL A STATVTIS, SINE CERTA**  
**SOLENNITATE CONTRAHERE**  
**PERMISSVM NON EST.**

*OPVS MAXIME VTILE, IN FORIS VERSANTIBVS,*  
*pro intelligentia diuersorum Statutorum Italiae, ac*  
*aliarum consuetudinum.*

**CVI OBITER ACCESSERVNT NON PAUCA, DE**  
**Iurisiurandi præstiti in Contractibus alias nullis obseruatione,**  
**ac nullitatum effectibus, circa præscriptiones,**  
**& fructum acquisitiones.**

*NUNC DENVO RECOGNITVM, ET A MVLTIS MENDIS*  
*expurgatum, cum indice locupletissimo.*

**Io. Stephano Lambertengo I. C. clarissimo Auctore.**

*Cum licentia Superiorum, & Priuilegio Summi Pontificis.*  
*& Senatus Mediolani.*

12

17373

*Num. 48. cap. 7.*

*Num. . . 23.*



**MEDIOLANI**

*Apud Antonium Ansonianum M D LXXVIII.*

**COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.**

PRIVILEGIUM SUMMI PONTIFICIS.

P I U S P A P A Q V I N T V S .

MOTU PROPRIO &c. Cum, sicut accepimus, Dilectus filius Ioannes Stephanus Lambertengus, V. I. Doctor Comensis, quoddam opus super interpretatione Statutorum Mediolanensium ad communem omnium vilitatem composuerit, illudque in lucem edere & imprimere, seu imprimi facere intendat, sed dubitet ne huiusmodi opus seu opera postmodum ab alijs sine eius licentia imprimatur, quod in maximum suum tenderet prauidium. Nos propterea eius indemnitate consulere volentes, Motu simili &c. & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine eidem Io. Stephano, ne opus seu opera praedicta hactenus non impressa, & per ipsam Io. Stephanum seu de eius ordine imprimenda per decem annos post operis seu operum impressionem a quibuscunque status nostri Ecclesiastici sine dicti Io. Stephani licentia imprimi, aut ab ipsis vel alijs vendi, seu in eorum apothecis, vel alijs quomodolibet venalia, seu alijs praeterquam duntaxat ab ipso Io. Stephano vel de eius licentia impressa aut imprimenda teneri possint, concedimus & indulgemus, inhi-bentes omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus in dicto statu nostro Ecclesiastico existentibus, praesertim Bibliopis, & librorum Impressoribus; in virtute sanctae obedientiae, & sub indignationis nostrae, & etiam quingentorum ducatorum Auri de Camera, & in super amissionis librorum, Camerae Apostolicae applicandorum, poenis toties ipso facto, & absque alia declaratione incur-rendis; quoties contrafactum fuerit, ne in praedecentum praedictum opus seu opera huiusmodi sine eiusdem Io. Stephani expressa licentia, dicto decennio durate, imprimere, seu ab ipsis vel alijs, praeterquam duntaxat a dicto Io. Stephano impressa & imprimenda vendere, seu venalia habere, vel pro-pone-re, vel ea ut supra habere audeant. Mandantes vniuersis Venerabilibus fratribus nostris Episcopis, Archiepiscopis, eorumque Vicarijs in Episcopalibus generalibus, etiam legatis, & vicelegatis Sedis Apostolicae, ac ipsius status Gubernatoribus, vt quocumque pro ipsius Io. Stephani parte fuerint requi-siti, vel eorum aliquis fuerit requisitus eidem vel Io. Stephano efficacis defensionis praesidio assisten-tes, praetermissa ad omnem dicto Io. Stephano requisitionem contra inobedientes & rebelles per cen-suras ecclesiasticas, etiam saepius aggravando, & per alia iuris remedia, auctoritate Apostolica, exequan-tur; innotuimus ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachij secularis. Sicque in praemissis ab omnibus cen-senseri, ac ita per quoscumque iudices &c. sublata &c. iudicati &c. debere, irritumque &c. decernimus. Et in super quia difficile admodum esse praesentem motum proprium ad quemlibet locum deferri, vo-lumus & Apostolica auctoritate decernimus ipsius transumptis vel exemplis etiam in ipsis operibus impressis plenam & eandem praesens fidem vbiq; tam in iudicio quam extra haberi, quae praesenti ori-ginali haberetur; quodque praesentium sola signatura sufficiat, & vniuersae fidem faciat in iudicio & ex-tra, non obstantibus praemissis ac quibuscunque constitutionibus & ordinationibus Et Apostolicis nec non factis &c. etiam iuramento &c. roboratis, privilegijs quoque, indulgijs, & licentis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, etiam Motu proprio, ac consistorialiter, & alijs in contrarium quomodolibet editis, & quibus omnibus etiam si illis &c. eorum tenore &c. latissime hac vice derogare placeat, & ceterisq; con-trarijs quibuscunque.

Placet motu proprio M.

PRIVILEGIUM SENATVS MEDIOLANI.


P H I L I P P V S D E I G R A T I A

HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIAE &c. REX, & Mediolani Dux &c. Sapiens Iuris consultus D. Io. Stephanus Lambertengus eius Comensis exposuit nobis se tractatum super Mediolanensi statu, maiores sine certa solemnitate contrahere prohibente, conscripsisse, & in publicum vsum edere velle, quem sperat versantibus in sacris negocijs fore vtilissimum: sed ve-teri ne alij, sumpto inde exemplo, illum rursus edentes, sanctum laborum suorum & impensarum in libri editione faciendarum intercipient, proindeque a nobis petijt vt opem ei nostram hac in re im-partiri non gratemur. Itaque nos bonarum artium studiosis laudum semper esse eos sentes, pe-titioni eius assensum dignum duximus: propterea tenore praesentium literarum edicimus & prohibe-mus, ne quis Typographus Bibliopolaue aut alius quiuis dictum librum in dominio nostro Mediola-nensi in annos decem a die editionis ipsius inchoandos imprimere aut alibi impellum inuhere, ven-dere, venalemque habere sine Auctoris licentia audeat, sub poena amissionis huiusmodi librorum & aureorum quinquaginta, quotiescunque contrafactum fuerit, cuius poenae tertia pars accusationi, ter-tia Auctori, reliqua Esseo nostro applicetur: mandantes omnibus & singulis officialibus & iudicantibus nostris, ad quos spectat aut spectabit, vt has nostras literas inuiolate obseruent & obseruari fa-ciant: procedantque contra inobseruantes, & ad comminatum poenam perfoluendam omnibus iuris remedijs eos compellant, in quarum fidem praesentes nostro sigillo munitas fieri iussimus. Date Mediolani die 11. Augusti M D LXVIII.

Annibal Crucius.

# DE SOLENNITATIBVS IN ALIENATIONIBVS ET OBLIGA- TIONIBVS MVLIERVVM OBSERVANDIS.

CAP. CCCXXVIII. IN NOVIS, IN CIVILI.



**N** alienationibus, & obligationibus mulierum descen-  
dentibus ex contractu, vel quasi, vel distractu princi-  
paliter, vel in consequentiam, & in renunciationibus iu-  
rium eadem spectantium, ascendemibus a libris decem  
imperialium supra, vel equivalentibus à dicta quanti-  
tate supra, necessarius sit consensus mariti, si maritus fue-  
rit in Civitate vel Ducatu Mediolani: & si maritum  
non habuerit, vel si habet, & non fuerit in Civitate vel Ducatu Mediola-  
ni, vel etiam si habet maritum et aliquid prædictorum faciat cum ipso ma-  
rito contrahendo vel quasi, vel distrahendo, necessarius sit consensus agnati.  
Et si aliquid prædictorum faciat cum agnato, non sufficiat consensus illius  
agnati cum quo aliquid prædictorum fieret, sed alterius agnati consensus requi-  
ratur: Et ubi agnatum non habuerit, vel si agnatum habuerit, & nolue-  
rit consentire, vel absens fuerit à Civitate, vel Ducatu Mediolani, possit  
hoc facere cū auctoritate alicuius iusdicentis, iurante marito vel agnato qui  
ad prædicta consensum adhibuerit, quod in veritate credit alienationem,  
vel renunciationem, contractum vel quasi, aut distractum ut supra ce-  
dere ad utilitatem ipsius mulieris, & si contra factum fuerit non valeat:  
& intelligatur agnatus ubi nominabitur de eadem parentela sub eodem co-  
gnomine nominata, siue fuerit filiusfamilias, siue legitimus, siue illegiti-  
mus: salvo quod mulier possit constituere procuratorem vel procuratores, &  
quemlibet eorum insolidum ad defendendum & ad agendum contra vi-  
rum, & quamlibet personam, & qualibet bona, occasione dotis sue & bono-  
rum paraphernalium, & eorum que portavit ad maritum, & pro conse-  
quendis bonis & iuribus que ad eam dicere possit seu vellet spectare ex suc-  
cessionem aliqua, aut dote & legato vel iudicato vel etiam ex donatione, si-  
ue maritum habeat, siue non, etiam sine consensu mariti, si habuerit, & eti-  
am sine consensu agnati vel alterius persone, dum hoc fiat in præsentia ali-  
cuius iusdicentis, non obstante statuto prædicto, vel aliquo iure civili vel mu-  
nicipali in contrarium edito vel edendo: Et prædicta non habeant locum in  
ultimis voluntatibus, nec in donationibus causa mortis reuocabilibus, nec  
in casu quo realiter & vere aliquid peruenit ad manus mulieris de bonis  
alicuius, quo casu mulier conveniri possit cum effectu ad restitutionem eius

& retenta hac opini. de proba. Iaf. in l. fin. col. etiam fin. verfi. quintò mo-  
 ueor per illud. C. de testa. in l. cum specialis, col. 2. uerfi. septimò faciunt. C.  
 de iudi. Firmi. in trac. gabel. parte 2. quæstio. xxiii. uerfi. fin. uerfi. ultimò  
 circa materiam, Dec. conf. 284. uiso puncto, col. 2. uerfi. & ad hoc bene fa-  
 cit, & suboscure conf. 612. conclusionem, col. fi. uerfi. non obstat quòd tale  
 testamentum, Marf. in l. pri. §. præterea, col. 22. uerfi. & faciunt dicta per Bal.  
 D. de quæstio. 10. de Arno. folilo. 16. quid autem si mulieres, Paris. conf.  
 32. ad resolutionem, col. 3. uerfi. eò maxime, sub num. 14. lib. 2. & conf. seq.  
 col. 3. uerfi. quo casu, Alber. Bru. in trac. de forma, & solen. tit. de poten. &  
 effec. for. & solen. char. pen. col. pri. uerfi. secundo casu, char. omnium 64.  
 Rolan. à Val. conf. 81. prima facia, col. 3. uerfi. quarto facit, & col. seq. lib.  
 pri. conf. 43. in præfati, num. etiam 43. lib. 2. D. Ceph. conf. 89. affatim;  
 col. 3. num. 13. lib. pri. dum citat Paris. ubi supra. Ex quibus hanc com-  
 mune esse opinionem constat, & ideo sequendam, per no. in l. fin. C. de  
 pœ. iud. qui ma. iudi. intelligendo tamen, ut supra diximus, quando debi-  
 ta solennitas adhiberi non potest, licet aliqui ex prædictis simpliciter lo-  
 quantur, & ita etiam clarius omnium intelligit Brun. ubi supra, subdens suf-  
 ficere id probare per attestacionem notarii asserentis factam fuisse inquisi-  
 tionem, & non potuisse requisitam solennitatem adhiberi, per docti. Bart.  
 in l. conficiuntur. §. codicilli, & est cir. fin. uerfi. quarto ibi dicitur. D. de ius  
 codi. quâuis Alex. in d. l. si. col. pen. uerfi. non ob. id quod, C. de testa. im-  
 pugnet illud Ang. dictum in d. l. si vacantia, quem Alex. sequi uidetur Iaf.  
 in rep. l. adinonendi, col. 79. uerfi. & dicit Ang. D. de iureiu. sed ipsemet  
 Alex. id sequitur in l. testamenta omnia, col. 2. uerfi. item limita. C. de testa.  
 dum post Ang. in d. l. si vacantia, tenet propter pestem donationem infi-  
 nuari posse eoram alio iudice quàm eoram ad id per statutum deputato: &  
 ex his impositus sit finis huic tractatui ad Laudem D. N. I. Omnipotentis.

FINIS.

MEDIOLANI.

Apud Pacificum Pontium Anno Domini.

M. D. LXXVIII.

